



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac
Maxime Illustrium**

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Alba Augia Nariscorum aut potius Norici, nostrate lingua Weissenaw im
Nordgew/ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

tum, cumq; peregrinator quidam fatidicus respondisset Deo placere, ut ex monte in adjacentem vallem transferretur: anniuit & consensit Sigismundus Austriae Dux munificus ejusdem instaurator ac benefactor. Translatum igitur est anno Domini 1264. & primus lapis inferioris Cœnobioli positus à Suffraganeo Constantiensi, Domino Ulrico Comite de Monte Forti, & à Domina Barbara Comitissâ Amasiana, Jacobi Trappii Brigantini Praefecti conjugé. Praest ei nunc Apollonia Episcopa Kendelbæensis ab anno Christi 1532.

A LBA AUGIA Nariscorum aut potius Norici, no-
strate lingua *Weissenaw im Nordgew* / Cœnobium or-
dinis D. Benedicti ad Schwabachium amnem, quatuor lapidi-
bus à Noriberga, in Dicecesi Bambergensi situm: fundatum le-
gitur a Gebhardo Comite, ut aliquibus placet, de *Hirsberg*, aliis
vero de Calovia vel Kalaw: hodie Kalb vocant, qui Aystetensis
Ecclesiæ Episcopus, tandem post consanguineum suum Leo-
nem nonum, Comitem à Dagsperg Alsatam, Romanus etiam
Pontifex factus, Victor secundus cognominatus est. Coepit au-
tem Monasterium anno Domini 1053. sub Imperatore *Heinricus*
Nigro, quem Comitem quoq; Calowensem sive Kalwensem è *Niger*-
Suevia (ubi ad Nagoldum fluvium hodie adhuc in *Wirtember-* fundator.
geni) Ducatu, ejusdem nominis oppidum cum veteri arce, ho-
rum Comitum sede, extat) natum fuisse Annales referunt. Po-
stea annum Christi circiter 1130. quasi postliminio renovatum
& ampliatum est à S. Othone, octavo Bambergensi Ecclesiæ
Episcopo, Pomeranorum Apostolo, cuius corpus Bambergæ *S. Otto*,
in montis Monachorum Cœnobio à se liberaliter etiam donato, *Pomera-*
terrae mandatum est. Postremi hujus Cœnobii Abbates (de ve-
teribus enim expisciari nihil potui) fuere, qui sequuntur breviter *Apostolus*.
hoc loco annotati.

1. *Heinricus* præfuit annis sexaginta. Obiit anno Do-
mini 1503.

2. *Eucharius Gotzman de Buch* præfuit octo annis. Obiit
anno Domini 1511.

B 3. 3. *Henr.*

Brüderhij

Chronolog.
Monasterij
non Germa-
niae

S. III

3. *Henricus Cellarius* de Bibrach præfuit annis 15. Obiit anno Domini 1526.

4. *Achazius ab Hirsheyd*, nobilis genere, successit Henrico, & præfuit adhuc currente hoc Jubilæo. De reliquis Abbatibus nihil invenio prorsus, de quibus ne isti quidem quicquam norunt, qui Monasterium semilacerum nunc tenent.

Abest ab hoc Cœnobio duobus brevibus miliaribus Canonicorum Regularium, Ordinis S. Augustini elegans Monasterium Neunkirchium dictum, quod annum Christi circiter 1302. kirchium à Leopoldo sacerdote & Episcopo, Comite de Grundlach, vice-Monasteri Antistite Bambergensis Ecclesiae fundatum ac dotatum est,

qui obiit anno Domini 1305. die 22. Augusti, sepeliturq; in hujus sui Cœnobii loco Capitulari. Maximi hujus Monasterii benefactores fuerunt Joannes Burggrayius Noricorum, & Fridericus Marchio Brandenburgensis: qui dederunt ejus loci Cœnobitis potestatem & copiam Sylvæ Noribergensis. Abest vero Cœnobium à Noriberga tribus lapidibus. Habuit semper gubernatores Præpositos, quorum talis extat catalogus.

- | | |
|---|---|
| <i>Prepositi
Monasterii Neunkirchen-
sis.</i> | <ol style="list-style-type: none"> 1. <i>Fridericus</i> obiit anno Domini 1334. 2. <i>Hermannus Strobelius</i> præfuit annis 26. Obiit an. 1360. 3. <i>Henricus</i> præfuit annis 13. Obiit anno 1373. 4. <i>Engelhardus</i> præfuit annis triginta. Obiit anno 1403. 5. <i>Wolframus Buckius</i> obiit anno 1418. cum præfuisset annis quindecim. 6. <i>Hermannus</i> sedet annis octo. Obiit anno 1426. 7. <i>Udalricus</i> novem annis ad clayum sedet. Obiit an. 1435. 8. <i>Erhardus</i> præfuit viginti annis. Obiit anno 1455. 9. <i>Jacobus</i> 10. annis præfuit. Obiit anno 1465. 10. <i>Joannes Mayer</i> præfuit 16. annis. Obiit anno 1481. 11. <i>Joannes Seckel</i> per triennium sedet. Obiit anno 1484. 12. <i>Conradus Teugell.</i> 13. <i>Martinus</i> obiit anno 1515. 14. <i>Henricus Wurfftein</i> præfuit annis undecim. Obiit anno 1526. 15. <i>Wolfgangus Starck</i> ex Bamberg a natus, annis novem sedet. Obiit anno 1535. 16. <i>Fri-</i> |
|---|---|

16. *Fridericus Winckelman ex Neunkirchio natus*, obiit anno 1546. cum prae*fuisset* 11. annis, *egregia corporis statura præditus*, mire robustus, latine mediocriter doctus, *egregius Monasterii illustrator & reædificator*.

17. *Augustinus Crispus ex Forchenheimio natus*, eligitur anno 1546. *Præest adhuc currente hoc Jubilæo.*



ALBA AUGIA Suevitæ, hoc est, Album pratum, siveut *Alba Augia*. alii vocant, minor Augia, vulgo *die Minderow*: sedes *gia*. olim piorum aliquot Eremitarum, nunc verò instituti Præmonstratenſis magnificum Monasterium propè Ravenſpurgum oppidum Imperiale ad Schüssum fluiolum duobus miliaribus inde in Actonum Lacum incidentem, situm: Fundatum est anno Christi 990. aut ut alii volunt (quod de collapsi aliquando Monasterii reparatione potius intelligendum arbitror) an. 1145. à Gebizone de Wyfemburg, opulentissimo milite & Equite Augrato, ejusq; sorore Loicarde, Henrici militis ex Aſenhusen conjugé. Sic enim habent ejus Cœnobii annales. *Gebwilerus* hunc ratus monasterii fundator. Gebizonem Habsburgensem Comitem fuisse affirmat, & tres ei filios assignat: Rapatonem conditorēm Arcis Ergovianæ Habsburg dicitæ, quæ ad veterem Vindonissam, seu prope Bruggum Bernatum oppidum, non procul à confluxu Limagi, Araris, ac Rusæ in sublimi monte sita est. Rudolphum item ac Berengarium Argentinensem Episcopum, quem Argentinenses annales Wernharium secundum appellant, & cuius subſidiis ac sumtibus Habsburgum Ergoviæ Arx extructa & condita est. Erat *Habsburgum*. initio utriusq; Iexus Cœnobium, ut cætera ferè Præmonstratenſia omnia: sed successu temporis propter vitanda scandala Monialium locus Messenthal dictus ejectis fœminabus, abrogatus & vel everitus vel in alios usus collocatus est. Legitur autem idem Monasterium postea anno Christi 1282. à Rodolpho Habsburgio Romanorum Imperatore, ejusq; conjugé, Domina Anna Comitissa Hohenburgensi (quæ Basileæ in summo templo quiescit) ita esse auctum ac locupletatum, ut Rudolphus iste secundus fundator, Domina Anna fecunda fundatrix Minoris Augia Imperie

Brufchij

Chronolog
Monasterio
rua Gerbla.

S. III